

WIADOMOŚCI DIECEZJALNE

ORGAN URZĘDOWY KATOWICKIEJ KURJI BISKUPIEJ

ROR 2

KATOWICE, dnia 7 kwietnia 1927

NR. 4

53. Ordo servandus in visitatione episcopali ecclesiarum parochialium.

1. Rector ecclesiae, de die adventus Episcopi tempestive certior factus, eandem visitationem dominica praecedente populo ex ambone post sermonem sequenti modo annuntiabit:

„Najprzewielebniejszy X. Biskup przybędzie dnia o godzinie, aby wizytować naszą parafię. Wzywam wszystkich parafjan, aby w uroczystości tej wzięli udział. Osoby, któreby chciały rozmówić się z Najprzew. X. Biskupem w sprawach duchownych lub kościelnych, niechaj się zgłoszą naprzód u X. Proboszcza, od którego dowiedzą się o godzinie posłuchania. Z okazji wizytacji będzie Najprzew. X. Biskup udzielał Sakramentu Bierzmowania; ktoby do tego Sakramentu chciał przystąpić, niechaj będzie na nauce o Sakramencie Bierzmowania w kościele naszym w o godz. a potem niechaj się zgłosi na probostwo po karteczkę, bez której do Bierzmowania nie będzie przypuszczony.“

„Der Hochwürdigste Oberhirt unserer Diözese kommt am um Uhr zu uns, um unsere Pfarrei zu visitieren. Alle Pfarrkinder werden hiermit aufgefordert, an dieser Feierlichkeit teilzunehmen. Wer in geistlichen oder kirchlichen Angelegenheiten mit dem Hochwürdigsten Herrn sprechen will, mag sich vorher beim Ortspfarrer anmelden, von dem er die Stunde der Audienz erfahren wird. Bei Gelegenheit der Visitation wird Seine Bischöfliche Gnaden das heilige Sakrament der Firmung spenden. Wer dieses Sakrament empfangen will, muss den Firmunterricht besuchen, der am um Uhr stattfindet, und sich in der Pfarrkanzlei den Firmzettel holen, ohne den er nicht zur hl. Firmung zugelassen wird.“

De die et hora visitationis Episcopi Rector ecclesiae in scriptis certiores faciet et invitabit provisores (zarząd kościelny) necnon, ubi adest, patronum ecclesiae; tamquam peritus vocandus est etiam architectus.

2. Rector ecclesiae curabit, ut infantes scholarum elementarium, existentium in paroecia, in quantum fieri poterit, ad ecclesiam pro hora adventus Episcopi veniant, ibi in catechismo seu doctrina christiana examinandi. Quem ob finem Inspector scholarum est statim certior reddendus de adventu Episcopi et insimul petendus, ut infantes, scholas in paroecia sitas frequentantes, statuta die ac hora ad ecclesiam parochialem adducantur.

3. Cum dies Visitationis advenerit, media hora antequam Episcopus ad ecclesiam se conferat, pulsabuntur campanae. Rector ecclesiae superpelliceo, stola et pluviali albi coloris indutus, et si qui alii sunt praesto Sacerdotes in superpelliceis, nec non Consilium fabricae seu Provisores, Episcopum ad ostium ecclesiae expectabunt cum cruce, incenso et aqua benedicta.

4. Cum Episcopus ingressus fuerit ecclesiam, Rector eiusdem porriget Ei aspersorium, osculando aspersorium ipsum et manum, tum offeret incensum benedicendum et imponendum ab Episcopo, quem mox thurificabit, demum porriget Ei crucem parvam (pacificale) deosculandam. Et, quia haec crux flexis genibus ab Episcopo osculatur, sternendum est in ingressu ecclesiae tapete parvum cum pulvinari desuper posito.

5. His peractis intonabitur antiphona „Ecce Sacerdos“ et deducetur Episcopus cantantibus organis ad altare maius, ubi genuflectet super reclinatorio in medio coram altari parato.

6. Finita antiphona, Rector ascendet ad cornu Epistolae, ibique facie versa ad Episcopum cantabit Versus, Responsoria et Orationem in Pontificali praescripta, nempe:

V. Protector noster aspice, Deus.
R. Et respice in faciem Christi tui.
V. Salvum fac servum tuum.
R. Deus meus, sperantem in te.
V. Mitte ei, Domine, auxilium de sancto.
R. Et de Sion tuere eum.
V. Nihil proficiat inimicus in eo.
R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
V. Domine, exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te veniat.
V. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

„Deus humilium visitator, qui eos paterna dilectione consolaris, praetende societati gratiam tuam, ut per eos in quibus habitas, tuum in nobis sentiamus adventum. Per Christum Dominum nostrum. Amen.“

7. His peractis ascendet Episcopus ad medium altaris, dataque solmni benedictione populo, excipiet allocutionem rectoris Ecclesiae, et populum sive per se ipsum sive per alium ad hoc deputatum sacerdotem alloquetur.

8. Tum assumet Episcopus amictum, stolam et pluviale nigri coloris et fiet *absolutio defunctorum* sequenti modo:

Stans ante altare Episcopus intonat antiphonam: *Si iniquitates*, et recitat alternatim cum clero Psalmum *De profundis*, deinde versus et orationem: *Deus, qui inter apostolicos...*, praevia aspersione et thurificatione. Postea, si coemeterium adjacet ecclesiae, cantantes ex more „*Dzień on dzień*“, omnes progrediuntur ad illud, ibique in medio sistentes cantant responsorium: *Libera me*, cum versiculis et orationibus in pontificali praescriptis. Tum facto ab Episcopo supra coemeterium signo crucis redeunt omnes ad Ecclesiam, prosequentes cantum *Dzień on dzień*, et absolutio mortuorum terminatur ad Altare maius, more in eodem pontificali indicato.

9. Quod si coemeterium procul ab Ecclesia existeret, vel circuitus processionalis circa ecclesiam impossibilis esset, tunc recitato psalmo *De profundis* cum ceteris ad altare, omnes ad medium Ecclesiae procedunt, ibique decantato *Libera me* reliqua in eodem loco persolvunt.

10. Deposito pluviali et stola nigri coloris, assumet Episcopus stolam et pluviale albi coloris, et cum interim decantatur *Tantum ergo* aperto per Rectorem Ecclesiae Tabernaculo, Sanctissimum in pyxide super altari exponetur. Quo de more incensato, decantato versu et oratione de Sanctissimo, Episcopus assumpto velo humerali dabit benedictionem.

11. Deinde incensabitur iterum Sanctissimum, et fiet visitatio Tabernaculi; illaque peracta Episcopus deponet vestes sacras, et examinabit infantes in catechismo seu doctrina christiana, aut ipse interrogans aut faciens interrogari per proprios parochos vel magistros.

12. Peracto examine dimittentur infantes ex Ecclesia, et Episcopus procedet ad visitationem altarium, reliquiarum, fontis baptismalis, confessionarium, totiusque Ecclesiae, cum sacrario, vasis et ornamentis sacris, nec non universa supellectili ecclesiastica.

13. Exiens de Ecclesia Episcopus ad domum parochialem se conferet atque visitabit aedes ipsas, nec non Rectorem Ecclesiae ceterosque sacerdotes, si qui fuerint, provisores et consilium fabricae, admittetque omnes et singulos parochianos, qui ipsum adire voluerint, pro negotiis spiritualibus seu ecclesiasticis exponendis.

14. Deinde reviset Episcopus libros computuum Ecclesiae, ut appareat an bene et in ordine teneantur, capsam quoque sive thesaurum, in quo asservatur pecunia, capitalia fructifera, aliaque documenta eius generis; tum inspiciet libros baptismi, mortuorum, matrimonii, sponsalium, proclamationum, persolutorum piorum operum, confraternitatum et amplius.

15. Perlustrabit acta ultimae visitationis, et inquirat, quomodo executioni demandetur, quidquid in ea praescriptum sit.

16. Episcopus in unaquaque Ecclesia parochiali, quam visitabit, administrabit Sacramentum Confirmationis.

17. Tempore Visitationis prohibentur sumptuosa prandia.

18. Responsa ad interrogationes, in folio impresso hisce adjuncto contenta et in duplo peracta, remittenda sunt Celsissimo Domino ante Visitationem ad diem

Datum Katoviciis, die 1 Martii 1927.

† **Arcadius,**
Episcopus.

54. Wizytacje kanoniczne.

Najprzewielebniejszy Ks. Biskup będzie wizytował parafie dekanatów rudzkiego i pszowskiego w następującym porządku:

I. Dekanat rudzki (I część).

Dnia 3 maja po poł. o godz. 3-ej parafia	Godula
„ 4 „ „ „ „ „ „ „	Orzęgów
„ 5 „ „ „ „ „ „ „	Zgoda
„ 6 „ „ „ „ „ „ „	Pawłów

II. Dekanat pszowski.

Dnia 11 maja po poł. o godz. 3-ej parafia	Lyski
„ 12 „ „ „ „ „ „ „	Raszczyce
„ 13 „ „ „ „ „ „ „	Pstrążna
„ 14 „ „ „ „ „ „ „	Pszów
„ 16 „ „ „ „ „ „ „	Brzezcie
„ 17 „ „ „ „ „ „ „	Pogrzebień
„ 18 „ „ „ „ „ „ „	Lubomia
„ 19 „ „ „ „ „ „ „	Syrynia
„ 20 „ „ „ „ „ „ „	Rogów.

Dekanat rudzki (II część).

Dnia 6 czerwca po poł. o g. 3 parafia	Ruda
„ 8 „ „ „ „ „ „ „	Nowy Bytom
„ 10 „ „ „ „ „ „ „	Bielszowice
„ 12 „ „ „ „ „ „ „	Kończyce
„ 13 „ „ „ „ „ „ „	Łagiewniki.

55. Statuta Capituli Cathedralis Katowicensis.

Erecta per executionem Bullae „Vix dum Poloniae Unitas“ diocesi Katowicensi, non multo post ad divinum cultum augendum et ad maiorem cleri et diocesis decorem assequendum constitutum est etiam Capitulum Cathedrale Katowicense per litteras Apostolicas die 22 Januarii 1926 sub plumbo datas, quas Excellentissimus Dominus Augustus Hlond, primus Episcopus Katowicensis vi potestatis sibi subdelegatae die 15 Junii 1926 executus est.

Electi ac nominati per eundem Illustrissimum Dominum Praelati et Canonici actuales Venerabilis Capituli Cathedralis Katowicensis statuta, quae sequuntur, ad iuris tramitem conficimus ac condimus ab omnibus Dignitatibus et Canonici religiose servanda.

Statuta approbanda subiciuntur Excellentissimo Domino Arcadio Lisiecki, nunc temporis Ordinario Katowicensi, sine cuius auctoritate postea nec abrogari poterunt nec mutari.

TITULUS I.

De Capitulo in genere.

§ 1. Capitulum Cathedrale Katowicense est clericorum collegium ad Cathedrali Ecclesiam Katowicensem ideo constitutum, ut sollemniorem cultum

in Ecclesia exhibeat et Episcopum ad normam sacrorum canonum tamquam eiusdem senatus et consilium adiuvet ac vacante eius vices suppleat in dioecesis regimine. (can. 391, 1).

§ 2. Capitulum utitur proprio stemmate.

§ 3. Capitulum Cathedrale Katowicense, ab ecclesiastica auctoritate in iuridicam personam collegialem erectum, ius habet ad normam sacrorum canonum bona temporalia acquirendi, retinendi et administrandi. (can. 1495).

§ 4. Capitulum Cathedrale Katowicense constat duabus Dignitatibus, Praeposito scilicet et Archidiacono, atque sex canonicis.

§ 5. Praebenda canonicalis est pro uno quoque Capitulari dotatio, quae a Gubernio Reipublicae Poloniae praestanda est.

§ 6. Exceptis Dignitatibus, ad Episcopum pertinet, audito Capitulo, conferre canonicatus, (can. 403), firmo praescripto can. 1435.

§ 7. Infra fines propriae dioeceseos Capitulares deferunt in sacris functionibus rochetum cum mozetta serica violacea vel festis sollemnioribus cum cappa magna praelatitia, necnon proprium distinctorium. Qui in choro apparuerit sine hac veste canonici, censebitur tamquam absens (can. 409,1).

§ 8. Dignitates Capituli deferunt praeterea anulum cum gemma non tamen infra Missae celebrationem.

§ 9. Extra dioecesim Katowicensem Capitulares vestem suam et insignia non deferunt, nisi vel Episcopum comitentur vel Episcopum aut Capitulum repraesentent in Conciliis aliisque sollemnitatibus (can. 409,2).

§ 10. Eadem veste eodemque distinctorio utuntur Canonici honorarii, qui obtinent etiam scamnum in choro (can. 407,2), sed non habent vocem in Capitulis (can. 411,3).

§ 11. Distinctoria remanent Capituli proprietates, quod omnis neo-installandus litteris testari debet.

TITULUS II.

De installatione et modo capiendi possessionem.

§ 12. Quicumque dignitatis vel canonicatus collationem rite assecutus fuerit, tenetur Capitulo documentum huius collationis in originali exhibere, petens ut sibi dies et hora possessionis capiendae notificetur.

§ 13. Nonnisi gravi ex causa concedatur, ut neoprovisus per procuratorem e gremio Capituli desumendum et cum eiusdem Capituli consensu electum introducatur.

§ 14. Ante diem introductionis neoprovisus debet omnes et singulos Capitulares adire et ad installationem invitare.

§ 15. Die et hora statuta promovendus indutus mozetta canonicali ex aula Capitulari cum pulsu campanae per duos Canonicos a Praeposito deputatos ducitur in Ecclesiam Cathedralem ibique installatur ritu proprio.

§ 16. Capta legitime canonicatus possessione, Capitulares statim pro gradu suo acquirunt, praeter

insignia et privilegia propria, scamnum in choro, ius percipiendi fructus ac distributiones, ac vocem in Capitulo ad normam can. 411. (can. 405).

§ 17. Neoinstallandus Capitularis solvere debet Capitulo:

- a) pro distinctorio 500 aureos polonicos, (valore pleno computandos),
- b) in fabricam Ecclesiae Cathedralis 100 aureos,
- c) pro ministris Ecclesiae 50 aureos polonicos.

§ 18. Ne quis praetendere possit statutorum ignorantiam, cuivis Capitulari installando eorum exemplar tradatur.

TITULUS III.

De praecedentia.

Decretum, quo Capitulares prima vice nominantur et enumerantur, ordinem praecedentiae statuit, qui inter Capitulares in sedendo et incedendo observandus est.

§ 19. Ne in posterum oriantur dubia de praecedentia, statuitur, ut inter Capitulares, quando mozetta vel cappa magna induti sunt, duae Dignitates, praepositus semper et Archidiaconus, semper praecedant, Canonici vero secundum numerum canonicatus sui sequantur. (can. 408).

§ 20. Hoc valet etiam pro iis Capitularibus, qui ex concessione Apostolica praelatura aut iure pontificalium sint decorati. Solummodo in processionibus sollemnibus Capitulares infulati praecedunt non infulatis.

§ 21. Vicarius autem Generalis (can. 370,1) aut Capitularis, (can. 439) praecedentiae ius habet super omnibus Dignitatibus et Canonicis etiam in choro et actibus capitularibus, nisi clericus caractere episcopali praefulgeat et Vicarius Generalis aut Capitularis eodem careat.

§ 22. Dignitates aut Capitulares caractere episcopali ornati omnibus Dignitatibus ac Canonicis in presbyterali tantum ordine constitutis praecedunt (can. 408).

§ 23. Facta vacatione alicuius praebendae canonicalis Capitulares discedentem ordine sequentes ita progrediuntur, ut ultimum locum semper is teneat Canonicus, qui ultimus est installatus.

TITULUS IV.

De obligationibus Capitularium.

§ 24. Capitulares ad normam can. 413 regulariter tenentur quotidie divina officia in choro rite persolvenda id est ad psalmodiam horarum canonicarum et celebrationem cum cantu missae conventualis per hebdomadarium pro benefactoribus Ecclesiae Cathedralis in genere applicandam.

§ 25. Quoniam vero presbyteri in Canonicos electi aliis ecclesiasticis muniis, praecipue cura animarum, distenti sunt, Bulla erectionis d. d. 22 Januarii 1926 interim ad decennium, si tamdiu praesentes circumstantiae perduraverint, Capitulares Katowicenses ab oneribus choralibus et etiam a residentiae lege dispensat ita tamen, ut quoties Vesperae et Missae Pontificales habeantur, eisdem assistant et insuper diebus dominicis aliisque festis de praecepto

Missam vonventualem, tertia vel nona ora canonica praemissa, celebrent necnon et vespervas.

§ 26. In hoc sensu restricto Capitulares tenent hebdomadas per turnum secundum directivas Praepositi.

§ 27. Qui eodem die urgetur onere utriusque Missae et pro populo et vonventualis, hanc ipse celebret applicetque per se, illam per alium vel per se die sequenti. (can. 429,2).

§ 28. In triduo hebdomadae sanctae Capitulares consuetas iuxta leges liturgicas peragunt functiones.

§ 29. Capitularis quacumque ex causa impeditus, quominus officium aliquid chorale vel Missam solemnem, quae ex statutis capitaluribus ad eum spectant, ipse persolvat, mature providere debet, ut alius e Canonicorum numero ipsius vices gerat, dummodo substitutus eodem tempore servitio chori non sit adstrictus. (can. 419).

Si agitur de Missa conventuali, quae per turnum a singulis celebratur, pro vicem gerente aliam huius turni Missam suscipiat aut ei stipendium solvat.

TITULUS V.

De muneribus et officiis.

§ 30. Praelatus Praepositus, qui est prima Capituli Dignitas, ius et officium habet

- a) Episcopi vicem supplere in peragendis functionibus sacris in sollemnioribus anni festivitibus;
- b) Episcopo celebranti in pontificalibus aspersionum in ingressu ecclesiae porrigere et presbyteri assistentis fungi officio. (Quodsi Praepositus episcopali caractere sit ornatus, hoc officium ad Praelatum Archidiaconum spectat).
- c) Episcopo decumbenti ministrare sacramenta, defuncto iusta funebria persolvere.
- d) Convocare Capitulum eique praeesse ac praescribere et ordinare, quae ad chori directionem referantur.

§ 31. Praelati Archidiaconi ius et officium est

- a) habere curam sacrarii et sacristiae cathedralis atque ea omnia, quae ad decorem, conservationem, reparationem sacrorum vasorum et vestimentorum spectant, tueri, majorisque momenti negotia Capitulo referre.
- b) Inventarium omnium rerum Ecclesiae Cathedralis conficere et, si opus fuerit, supplere.

§ 31. Canonici Theologi obligationes canone 400 recensentur.

§ 33. Canonici Poenitentiarum munus canone 401 innititur et circumscribitur.

§ 34. Secretarius e gremio Capituli electus actus Capituli conficit eiusque sigillum in custodia tenet. Asservat etiam documenta Capituli, donec archivum capitulare instituitur.

§ 35. Quamdiu valet dispensatio ab oneribus choralibus et lege residentiae et ideo non fiunt distributiones quotidianae, vacat officium punctatoris, qui absentes ab officio notet.

§ 35. Quoniam interimistica Ecclesia Cathedralis est simul paroecialis, relationes iuridicae inter Capitulum et parochum reguntur normis can. 415. Sed curam huius ecclesiae SS. Apostolorum Petri et Pauli habet parochus, quia Capitulo incumbit cura Ecclesiae Cathedralis proprie dictae nondum quidem erectae sed exstruendae.

§ 37. Aedificationem Ecclesiae Cathedralis promovere et cum exstructa fuerit curam habere de eius conservatione munus et officium est Magistri fabricae, qui a Capitulo eligitur. Idem Magister fabricae curam gerit domorum, si quae ad Capitulum pertinent, et providet de iis, quae reparatione indigent. Pro expensis, quae trecentos aureos superant, praevidium Capituli consensum expetere debet.

§ 38. Capitulum praeterea eligit sive e gremio suo sive ex sacerdotibus extraneis a) procuratorem, b) praefectum musicae Cathedralis, c) caeremoniarum, d) bibliothecarium.

§ 39. Omnes supra recensiti officiales ad unum annum eliguntur vel de anno in annum confirmantur et quidem in Capitulo Generali.

TITULUS VI.

De congregationibus Capituli.

§ 40. Capitula id est congregationes Capitularium sunt:

- a) ordinaria sive generalia,
- b) extraordinaria sive particularia.

§ 41. Ad habendum coetum ordinarium non est necessaria specialis convocatio; quae tamen ad extraordinarium requiritur. (can. 411,2).

42. Capitulum Generale semel in anno celebratur Katowiciis et quidem vigilia festi Domini Nostri Jesu Christi Regis.

§ 42. Capitulum Generale incipit hora nona Laudibus ex officio defunctorum, quibus perfunctis cantatur ab hebdomadario pro defunctis Concapitalibus Missa de Requiem permittentibus rubricis, alias de die currenti.

§ 44. Congregationes Capituli regulariter celebrantur in aula capitulari. Hac deficiente fiunt in domo Capitalaris alicuius Katowiciis commorantis, vel etiam in alio loco in convocatione notificato.

§ 45. Capitulum convocatur per Praepositum eoque impedito per Archidiaconum, et his duobus impeditis, per canonicum ordine sequentem, qui non est impeditus.

§ 46. Ut valide agi et decerni possit de rebus Capitalaribus, requiritur convocatio omnium Capitalarium.

§ 47. Fieri debet convocatio per invitationem scriptam, in qua etiam res tractandae sunt notificandae. Licet autem singulis in sessione ipsa oretenus causam aliquam tractandam proponere, de qua, si majori parti praesentium placuerit, extemplo agi et decerni potest.

§ 48. In Capitulo Generali Capitulares vestie talarum induti et cruce distinctoria decorati adsunt eodemque vestitu regulariter etiam in extraordinario Capitulo utuntur, nisi forte circumstantiarum angustiae id impendant.

§ 49. Canonicis rite congregatis, Praepositus vel qui eius vices gerit sessionem aperit invocatione Spiritus Sancti, dein pars statutorum capitularium et protocollum praecedentis sessionis a secretario leguntur, protocollum, si necesse fuerit corrigitur et approbantibus Capitularibus a praeside subscribitur. Deinde praeses res noviter tractandas proponit.

§ 50. In rebus tractandis singulorum opiniones audiendae sunt, qui ad rem dicere volunt. Sed si causa satis perpensa esse videtur, deliberationi finis fieri debet, si maiori praesentium parti ita placuerit.

§ 51. Si negotium tractandum fuerit, quod tangit personam propriam alicuius Capitularis aut eius consanguineos, affines, familiares, domesticos, istius praesentia in tali re tractanda et votanda prohibetur. Non obstat autem, quominus opinionem suam antea libere proferat.

§ 52. Vota de regula dantur viva voce. In rebus vero gravioris momenti et quoties maiori praesentium parti ita bene visum fuerit, suffragia secreta sunt adhibenda.

§ 53. Infirmi vel impediti Capitulares absentiam suam in sessionibus coram praeside Capituli excusare et procuratorem constituere tenentur, cui mandato speciali in scriptis tradito potestatem faciunt nomine suo votandi.

§ 54. Ordo votandi viva voce talis est, ut incipiatur a juniore Capitulari. Qui votum dare non vult, pro absenti habetur.

§ 55. Si omnes de iure vocandi sunt vocati, praesentes ad actum capitularem legitime procedere possunt, etiamsi minorem tantum Capituli partem constituunt.

§ 55. In quacumque Capituli congregatione legitime convocata ad decretum validum sufficit ordinarie et regulariter consensus partis majoris praesentium. Quando votorum annuentium et abnuentium numerus par est, votum praesidis est decisivum.

§ 57. Quae in Capitulo unanimiter vel per maiorem partem decreta sunt, inserantur protocollo conficiendo a Canonico secretario et subscribendo per praesidem, nisi in rebus maioris momenti placuerit, ut omnes praesentes subscribant.

§ 58. Cuicumque Capitulari a maiore parti dissentienti liceat votum suum ad protocollum declarare.

§ 59. In omnibus et singulis conclusis parti dissentienti vel unicuique eius partis intra decem dierum spatium liber est recursus ad Episcopum. Recurrens vero intra trium dierum spatium recursum debet annuntiare Capitulo. Fidelis libelli copia ad acta capitularia tradenda est. Quae si omissa fuerint vel si recursus tempus utile neglectum est, recursus effectum non habet.

§ 60. Singulorum Capitularium dissensus ad protocollum declaratus aut recursus ad Ordinarium interpositus non impediunt, quominus conclusum Capituli executioni mandetur.

§ 61. In conclusis, quae obligationes capitulares non attingunt, (uti exempli gratia in donis gratuitis exhibendis alicui fini religioso vel caritativo) Capitulari contradicenti onera pecuniaria imponi nequeunt.

§ 62. In causis maioris momenti et quandocumque aliquis Capitularium id postulat, conceptus litterarum, quibus conclusum Capituli executioni mandatur, singulis Capitularibus probandum proponatur, priusquam transmittatur.

§ 63. Si negotium natura sua dilationem non patitur, praeses per circulare scriptum vota Capitularium expellere potest. Quae in tali casu per maiorem partem in scripto votantium decreta sunt, vim conclusi ordinarii habent.

§ 64. Omnia documenta, litterae ceteraque Capituli scripta, ut plenam et publicam fidem habeant, necesse est, ut saltem a praeside et duobus aliis Capitularibus subscribentur et sigillo Capitulari firmantur.

§ 65. Praeses in causa et negotiis Capituli re decernat vel respondeat propria auctoritate et deliberatione cum Capitulo non praemissa, nisi agatur de rebus vere urgentibus. Quodsi temporis angustia coactus aliquid nomine Capituli tractaverit, Capitulares de tali decisione quam primum certiores faciat.

§ 66. Capitulares de omnibus rebus in capitulari congregatione tractatis cautum semper observare debent reservationem. In negotiis vero gravioris momenti, si a Praeside cum consensu Capituli strictum silentium expresse mandatum et iniunctum fuerit, quivis Capitularis iuramenti sui memor provideat, ne quid prodat ulli personae extra Capitulum de tali negotio.

§ 67. Semper subsunt secreto modus procedendi et singulorum Capitularium vota.

§ 68. Sessiones terminantur psalmo: „De profundis“ et oratione pro defunctis.

TITULUS VII.

Capitulum sede vacante.

§ 69. Sede vacante nisi adfuerit Administrator Apostolicus vel aliter a Sancta Sede provisum fuerit, ad Capitulum regimen dioeceseos devolvitur. (can. 431).

§ 70. Obitus Episcopi pulsu longiore Campanae maioris Ecclesiae Cathedralis quamprimum indicetur et usque ad diem sepulturae campanae in omnibus dioecesis ecclesiis cotidie per unam horam pulsantur.

§ 71. Sine mora mors Episcopi clero et populo dioecescos per litteras circulares runtianda est, itemque notificetur Summo Pontifici et regimini civili.

§ 72. Per totam dioecesim sollemnes exequiae pro defuncto Episcopo a Capitulo indicantur omnesque presbyteri tam saeculares quam regulares morantur, ut tres missas pro anima defuncti Antistitis celebrent.

§ 73. Sepultura defuncti in Ecclesia Cathedrali fit, nisi ipse aliter disposuerit.

§ 74. Si obitus Episcopi extra civitatem Katowice contigerit, duo Capitulares ad locum dormitionis mittendi sunt, ut defunctum in civitatem episcopalem Katowice comitentur.

§ 75. Capitulum inter octo dies ab accepta notitia vacationis debet Vicarium Capitularem, qui loco sui dioecesim regat, constituere. (can. 432).

§ 76. Vicarii Capitularis constitutio fieri debet per actum capitularem ad normam can. 160—182 et

ad eius validitatem requiritur numerus suffragiorum absolute maior demptis suffragiis nullis. (can. 433).

§ 77. In Vicario constituendo nullam sibi iurisdictionis partem Capitulum retinere potest nec gerendo muneri tempus praefinire aliasve restrictiones praestituere. (can. 437).

§ 78. Pro confirmandis decretis suis Vicarius Capitularis utitur sigillo Capituli.

§ 78. Capitulum constituere potest etiam oeconomum, qui custodiam curamque gerat rerum et proventuum ad mensam episcopalem pertinentium nisi maluerit hoc munus Vicario Capitulari committere.

TITULUS VIII.

De sepultura Capitularium

§ 80. Capitulares tenentur testamentum condere in forma iuxta leges civiles valida illudque canonico secretario ad conservandum in arca capitulari tradere aliud exemplar apud se retinendo.

§ 81. Ad Capitulum spectat defuncto Capitulari confratri iusta funebria et Missam exsequialem persolvere. (can. 415,3).

§ 82. Iusta funebria Capitularis haec sunt: importatio cadaveris in Ecclesiam, Officium defunctorum (tres nocturni cum Laudibus), Missa exsequialis, absolutio et exportatio in coemeterium. Expensae funeris e bonis defuncti desumuntur.

§ 83. Unusquisque Capitularis tenetur pro anima defuncti Confratrís tres Missas persolvere infra mensem a notitia obitus accepta.

§ 84. Capitulares, qui distinctorium canonicale gestant a Capitulo pro usu acceptum, quotannis infra hebdomadam post diem Commemorationis Fidelium defunctorum omnium tenetur unam Missam persolvere pro fundatoribus huius signi.

Katoviciis, die 4 Martii 1927.

Kapica, Skowroński, Brandys, Kubis, Bromboszcz, Kasperlik, Lewek, Szramek.

Suprascripta statuta Capituli Cathedralis Katowicensis die 4 Martii 1927 a Venerabili Capitulo coram Nobis decreta approbavimus sicut et tenore praesentium approbamus et confirmamus.

Katoviciis, die 4 Martii 1927.

ARCADIUS, episcopus.

Appendix orationum et rituum.

A) In aperitione sessionum.

Antiphona: Veni Sancte Spiritus: reple tuorum corda fidelium et tui amoris in eis ignem accende.

Y. Emitte Spiritum tuum et creabuntur.

R. Et renovabis faciem terrae.

Oremus.

Mentes nostras, quaesumus Domine, Paraclitus, qui a te procedit, illuminet et inducat in omnem, sicut Tuus promisit Filius, veritatem: Qui Tecum vivit et regnat in saecula saeculorum. R. Amen.

Oremus.

Sancti Spiritus, Domine, corda nostra mundet infusio et sui roris intima aspersione foecundet. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

B) In fine sessionum.

De profundis clamavi ad Te, Domine * Domine, exaudi vocem meam

Fiant aures Tuae intendentes * in vocem deprecationis meae.

Si iniquitates observaveris, Domine * Domine, quis sustinebit

Quia apud Te propitiatio est * et propter legem Tuam sustinui Te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo eius * speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem * speret Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericordia * et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel * ex omnibus iniquitatibus eius.

Requiem aeternam dona eis Domine: * et lux perpetua luceat eis.

V. Requiescant in pace. R. Amen.

Oremus.

Deus, veniae largitor et humanae salutis amator, quaesumus clementiam Tuam, ut nostrae congregationis fratres, propinquos et benefactores, qui ex hoc saeculo transierunt, beata Maria semper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis Tuis, ad perpetuae beatitudinis consortium pervenire concedas. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. R. Amen.

C) Ritus installandi.

Hora statuta Capitulares in Ecclesia Cathedrali expectant neo-installandum, qui indutus mozetta canonicali ducitur per duos Canonicos ante altare maius, ibique genuflectit. Praeses Capituli clara voce incipit:

Praemittamus et dirigamus preces nostras ad Deum omnipotentem, cuius providentia et nutu omnia reguntur et disponuntur, et imploremus Divinam clementiam, ut nos in eadem fraternitate et mutua caritate conservet, confirmet et tueatur. Proinde omnes voce et mente concorditer orabimus Psalmum (132):

Ecce quam bonum et quam jucundum * habitare fratres in unum:

Sicut unguentum in capite, * quod descendit in barbam, barbam Aaron.

Quod descendit in oram vestimenti eius * sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion.

Quoniam illic mandavit Dominus benedictionem * et vitam usque in saeculum.

Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto * sicut erat in principio et nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen.

Kyrie eleison — Christe eleison — Kyrie eleison.

Pater noster.

Y. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

Y. Salvum servum Tuum Domine.

R. Deus meus sperantem in Te.

Y. Mitte ei auxilium de Sancto.

R. Et de Sion tuere eum.

Y. Memor esto congregationis Tuae.

R. Quam possedisti ab initio.

Y. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad Te veniat.

V. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine Deus patrum nostrorum, qui dixisti: ubi fuerint in nomine meo duo vel tres congregati, in medio eorum sum, — Tu hodie medius nostrum adesse digneris et huic societati nostrae manum misericordiae Tuae impende, ut per Te vera et stabilis in bono nostra devotio perseveret, ut Tuis mandatis oboedientes et pro invicem orantes Te gubernante corde salvari mereamur et corpore atque ad aeternam beatitudinem valeamus pervenire, qui cum Deo Patre et Spiritu sancto vivis et regnas in saecula saeculorum. R. Amen.

Oremus.

Deus, qui dilectionem mutuam nos doces habere, occulta mentium noxiarum Tu figmenta depeile propitius et sinceram nobis tribue puritatem. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Oremus.

Adesto Domine supplicationibus nostris et famulum Tuum N., quem caritatis officio in fraternitatem nostram suscipimus, gratia Tua locupletare digneris, ut de eius prosperitate continua gaudeamus. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Deinde installandus coram Delegato Ordinarii et coram Capitulo ante gradus altaris genuflexus emittit professionem fidei secundum formulam a Sede Apostolica probatam necnon iuramentum antimodernisticum.

Quibus peractis legitur a secretario Capituli documentum provisionis. Deinde installator installando porrigit cappam magnam et distinctorium canonicale et ducit eum sic indutum ad stallum competens et dicit:

Ego auctoritate Reverendissimi Antistitis nostri et auctoritae Venerabilis Capituli installo Te et realem ac pacifiam possessionem huius praebendae Tibi concedo in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen.

Novus Capitularis residens in stallu suo inter duos Deputatos et caput bireto tegens tribus vicibus dicit clara voce:

Protestor de pacifica possessione huius stalli.

Iterum protestor de pacifica possessione huius stalli.

Iterum atque iterum protestor de pacifica possessione huius stalli.

Deinde, si est Canonicus titularis, ascendit solus ad altare maius et posita manu dextera in mensa clara voce dicit versus ad populum:

Protestor de pacifica possessione huius altaris.

Iterum protestor de pacifica possessione huius altaris.

Iterum atque iterum protestor de pacifica possessione huius altaris.

(Quae omittuntur in installatione Canonici honorarii.)

Tunc Capitularis novus genuflexus ante altare emittit iuramentum fidelitatis hisce verbis:

Ego N. iuro ad sancta Dei Evangelia, quod Reverendissimo ac Illustrissimo Domino Episcopo, qui

pro tempore fuerit, exhibebo oboedientiam, reverentiam et honorem et fidelis semper ero Cathedrali Ecclesiae Katowicensi et iura ipsius pro posse defendam, laudabilia statuta Capituli bene mihi nota observabo, secreta Capituli nemini revelabo. Sic me Deus adiuvet et hae sancta Dei Evangelia.

Deinde novus Capitularis stans intonat hymnum: Te Deum laudamus, quem chorus prosequitur. Dum cantatur hymnus, neo-installatus omnes Capitulares praesentes amplectitur dicens: Pax vobis.

Dictis versiculis et oratione sicut in Rituali, installatus introducit in aulam capitularem, ubi conficitur et subscribitur protocollum actus installationis.

56. Dotyczy budowy Katedry.

Już kilkakrotnie zwracali się tudotąd z różnych stron wierni z prośbą, ażeby im ułatwiono złożenie na rzecz budowy Katedry mniejszych datków, z którymi — ponieważ są skromne — oni się wstydzą pójść do swoich X. X. Proboszczów.

Wielce zbudowany takim zapalem i ofiarnością nawet tych najuboższych oraz w świadomości tych niezwykłych potrzeb powstających diecezji, wobec już rozpoczynającego się historycznego dzieła budowy Katedry, zlecam niniejszem Wiel. X. X. Proboszczom oraz rektorom kościołów, aby w kościołach swoich na widocznym a równocześnie bezpiecznym miejscu poumieszczali — gdzie ich jeszcze dotąd niema — skarbonki z odpowiednim napisem jak „Grosze na Katedrę“ lub podobnym.

Składki stąd płynące przysyłać należy na konto budowy Katedry P. K. O. 303 735 lub też kwartalnie z kolektami.

† Arkadiusz.

57. Egzamina.

Egzamin proboszczowski.

Tegoroczny egzamin proboszczowski odbędzie się w czwartek 15. września o godz. 9-ej w gmachu Kurji Biskupiej. Do egzaminu mogą się zgłosić księża, mający przynajmniej 6 lat służby kapłańskiej. Zgłoszenia, do których należy załączyć curriculum vitae i świadectwa XX. Dziekana i Proboszcza, przyjmuje się do 1 sierpnia. Egzamin obejmować będzie wstęp do Pisma św., dogmatykę, teologię moralną i pastoralną i prawo kanoniczne.

Egzamin jurysdykcyjny.

Egzamin jurysdykcyjny odbędzie się w tym roku w czwartek 29. września o godz. 14-ej w gmachu Kurji Biskupiej.

Zgłoszenia przyjmuje się do 1. sierpnia. Zgłosić się powinni wszyscy, którym w roku bieżącym wpływa jurysdykcja. Komu przed terminem egzaminacyjnym wpływa, temu ją się niniejszem przedłuża do dnia egzaminu.

Przedmiotem egzaminu będzie z dogmatyki nauka o łasce, kosmologii i marjologii, z moralnej nauka o grzechu i 10 przykazań, wreszcie prawo małżeńskie

58. W sprawie podatku kościelnego.

Tutejsze rozporządzenie w sprawie podatku kościelnego (cf. Wiad. Diec. Nr. 3 z dnia 23. 2. 1927, poz. 39) uzupełnia się niniejszem jak następuje:

Do uchwały podatku kościelnego w części Cieszyńskiej tutejszej diecezji należy dołączyć:

1. zamknięcie rachunków zeszłorocznych;
2. preliminarz na rok podatkowy;
3. daty, ile mają przypisanego podatku katolicy w każdej gminie, a to osobno co do podatku dochodowego, gruntowego, budynkowego, patentów i obrotowego;
4. ile podatku przypisanego mają w danej gminie osoby prawne, spółki i stowarzyszenia;
5. jaki procent mieszkańców stanowią w danej gminie katolicy w stosunku do reszty ludności.

59. W sprawie budowlanej.

Zauważa się w ostatnim czasie niezwykle ruch budowlany w dziedzinie kościelnej. Niezawsze jednak ściśle przestrzegane bywają przepisy tu istniejące, dotyczące uzyskania od Władzy Duchownej zezwolenia na podobne budowy, oraz dyrektywy stąd wydane co do czystości stylów jak i praktycznego ujęcia zamierzonych budowli. Zwłaszcza co do sporządzenia planów Kurja Biskupia z całym naciskiem wzywa Wielebnych Księżów względnie Komitety budowy, aby o takie plany zwracano się tylko do fachowców, dających praktyką swoją gwarancję, że plany będą stylowo czyste i odpowiadać będą istniejącym przepisom tak Władz Kościelnych jak i Świeckich.

Inaczej petenci narażają się na odrzucenie nieodpowiadających planów i na ponoszenie podwójnych kosztów.

60. W sprawie spłat kapitałów kościelnych.

Do

Urzędów parafjalnych i zarządów kościelnych na obszarze diecezji Katowickiej.

Do pozbywania majątku kościelnego bez względu na jego poszczególną właściwość potrzebne jest według prawa kanonicznego, jak i ustaw państwowych pozwolenie Ordynariatu diecezjalnego.

Jako pozbycie majątku kościelnego uważać należy także i spłatę wypożyczonego kapitału w małowartościowej walucie albo też w przerachowanej kwocie według postanowień rozporządzenia Prezydenta Rzeczypospolitej z dnia 14. maja 1924 w brzmieniu ustalonym rozporządzeniem Ministrów Skarbu i Sprawiedliwości z dnia 25. marca 1925 r. Dz. U. R. P. Nr. 30, poz. 213, gdyż kościół względnie gmina kościelna nie otrzymuje w razie spłaty w obydwóch wypadkach rzeczywistego i pełnowartościowego kapitału, który wypożyczony został dłużnikowi, lecz tylko w znacznie zmniejszonej wartości.

Pod tym względem postanawia niemiecki kodeks cywilny w § 607,1 co następuje:

„Kto otrzymał pieniądze albo inne zamienne rzeczy jako pożyczkę, winien jest, wypożyczającemu zwrócić otrzymane w rzeczach w tym samym gatunku, dobroci i ilości“.

Podobne postanowienia znajdują się także w §§ 987, 988 i 989 austriackiego kodeksu cywilnego.

Słuszność i sprawiedliwość wymagają, aby wypożyczony kapitał kościelny spłacony został w pełnej a nie w zmniejszonej wartości. Spłata wypożyczonego kapitału kościelnego w mniejszej wartości jest bezsprzecznie pozbyciem majątku kościelnego.

Wobec tego podlegają spłaty wypożyczonych kapitałów kościelnych w walucie małowartościowej lub przerachowanej, jakoteż i odnośne pokwitowania zezwalające na wykreślenie zabezpieczenia i prawa zastawu dla rzeczonych kapitałów w księdze wieczystej względnie gruntowej zatwierdzeniu Ordynariatu diecezjalnego. Nadmieniamy tu, że już samo wykreślenie zabezpieczenia i prawa zastawu dla kapitału wypożyczonego w księdze wieczystej względnie gruntowej przedstawia się jako pozbycie prawa majątkowego, które wymaga również pozwolenia ze strony Ordynariatu diecezjalnego.

Reflektować mogą dłużnicy na zatwierdzenie spłaty wypożyczonych kapitałów kościelnych w walucie małowartościowej i odnośnych pokwitowań zezwalających na wykreślenie zabezpieczenia i prawa zastawu dla tych kapitałów w księdze wieczystej względnie gruntowej ze strony Ordynariatu diecezjalnego, jeżeli się zobowiążą do przerachowania wypożyczonego kapitału po myśli rozporządzenia Prezydenta Rzeczypospolitej z dnia 14. maja 1924 w brzmieniu z dnia 25. marca 1925 (Dz. U. R. P. Nr. 30, poz. 213), a również i do dopłaty, jakaby jeszcze późniejsza ustawa państwowa ustanowiła.

Pod warunkiem zobowiązania się do dopłaty do przerachowanego kapitału po myśli powyżej rzeczzonego rozporządzenia, jakaby jeszcze późniejsza ustawa państwowa ustanowiła, reflektować mogą również i dłużnicy na zatwierdzenie spłaty wypożyczonego kapitału w przerachowanej kwocie i odnośnego pokwitowania, zezwalającego na wykreślenie zabezpieczenia i prawa zastawu dla tego kapitału w księdze wieczystej względnie gruntowej ze strony Ordynariatu diecezjalnego.

Do wniosków o zatwierdzenie dołączyć należy zawsze odnośne deklaracje dłużników wypożyczonych kapitałów kościelnych.

W końcu zaznacza się, że przerachowaniu po myśli powyżej rzeczzonego rozporządzenia podlegają tylko zobowiązania i należności prywatnoprawne, a nie zobowiązania i należności publicznoprawne.

O tem zawiadamia się urzędy parafjalne i zarządy kościelne, celem ścisłego przestrzegania niniejszego zarządzenia.

61. Preliminarze.

Kilka urzędów parafjalnych nie nadesłało jeszcze do Kurji do zatwierdzenia swoich preliminarzy na rok bieżący.

Zalegające preliminarze należy przedłożyć najpóźniej do 15. kwietnia rb. względnie przesłać oświadczenie, dla jakich powodów powyższemu rozporządzeniu się zadość stać nie może.

62. Zmiany w nazwach gmin.

(patrz „Dziennik Ustaw Śląskich“ Nr. 5 z dnia 18. 2. 1927 roku).

1. Nazwę gminy „Brzezie“ w powiecie Rybnickim zmieniono na „Brzezie nad Odrą“ (w skróceniu „Brzezie n. O.“).
2. Nazwę gminy „Huta Laura - Siemianowice“ w powiecie Katowickim zmieniono na „Siemianowice Śląskie“.

63. Duchowieństwo polskie o św. Stan. Kostce.

O zbiorowe wydanie kazani.

W roku 1926 w każdej parafii polskiej głoszą kazania, nauki, rekolekcje ku czci św. Stanisława Kostki, jako w 200-tą rocznicę kanonizacji. W przygotowaniu tych przemów włożono ogrom pracy, poruszono w nich dużo myśli, wiele zagadnień ujęto w nową szatę, odpowiadającą stosunkom obecnym.

Szkoda byłoby, gdyby ten wysiłek nie miał być należycie wyzyskany. Niech z dorobku zeszłorocznych kaznodziej korzysta całe duchowieństwo polskie w przyszłości, — niech osobne wydawnictwo uwieczni hołd, jaki duchowieństwo polskie z ambony w rocznicę kanonizacji złożyło św. Stanisławowi, — niech z uroczystości tych wyrośnie dzieło, które wzbogaci literaturę duszpasterską, dla dobra młodego pokolenia.

Z tego założenia wychodząc zamierza Zjednoczenie Młodzieży Polskiej, za pośrednictwem swego oddziału wydawniczego, którym jest S. A. „Ostoja“ w Poznaniu, — wydać zbiór przemówień ku czci św. Stanisława, wygłoszonych w roku 1926. Toteż niniejszem zwraca się do *P. T. Duchowieństwa polskiego z prośbą o nadsyłanie rękopisów, kazani, nauk, rekolekcji itp. wygłoszonych w r. 1926 ku czci św. Stanisława Kostki.*

Rękopisy powinny być pisane czytelnie (najlepiej na maszynie), na jednej stronie kartek papieru, z dyspozycją, — mogą podawać tak opracowania zupełne jakoteż szkice.

Nadesłane prace rozpatrzy komisja, do której należą: X. prałat Kłos, X. prałat Prądzyński, X. proboszcz Grzęda. *Rękopisy przyjęte do zbioru będą honorowane, niezakwalifikowane do druku otrzy-*

mają autorzy z powrotem. Rękopisy prosimy przysłać najpóźniej do 15. czerwca 1927 r. pod adresem: S. A. „Ostoja“, Księgarnia i Drukarnia, (X. L. Biłko), Poznań, Poczta 15.

64. Wystawa artystyczna Wyrobów Mennicy Państwowej w Warszawie ul. Krak. Przedmieście 50.

Na powyższą wystawę zwraca się uwagę tuższemu Wiel. Duchowieństwu, zwłaszcza na jej dział religijno-dewocjonalny jak plakiety i portrety M. B. Częstochowskiej i Ostrobramskiej, Serca Jezusowego, Głowy Chrystusa według Wita Stwosza itd. w bronzie i srebrze w rozmaitych formatach, w ramkach na podstawkach marmurowych lub metalowych.

65. Nominacje i zmiany.

Ks. dziekan Jan Kudera z Brzezinki administratorem w Mysłowicach.

Ks. wikary Rudolf Pszczółka administratorem w Pstrążnej.

Ks. wikary Dr. Alfons Fross z Katowic (św. Piotr-Paweł) przeniesiony do Siemianowic (św. Krzyż).

Ks. wikary Franciszek Woźnica z Król. Huty (św. Józef) do Katowic (do św. Piotra-Pawła).

66. Wakujące probostwa.

Mysłowice.

Pstrążna.

Zgłoszenia należy skierować do Kurji Biskupiej najpóźniej do dnia 20 kwietnia rb.

67. Umarli.

Ks. Ernest Bresler, proboszcz w Mysłowicach, umarł 23. lutego 1927. R. i. p.

Ks. dziekan hon. Jan Kulig, proboszcz w Pstrążnej, umarł 13 marca 1927. R. i. p.

68. Statystyka obrządków.

Wielebni Księża Proboszczowie zechcą donieść odwrotnie do Kurji Biskupiej, czy i w jakiej liczbie w ich parafiach istnieją katolicy obrządku greckokatolickiego i szyzmatycznego.

† *Arkadiusz Lisiecki*

Biskup

Ks. Jan Skrzypczyk,
kanclerz.

